Solito plane atqꝫ ex cõsueto excelsus do minus humilia respicit. ⁊ ideo cũ esset rex in accubitu. id ē. i excelso habituculo suo. illuc quoqꝫ humilitatis odor ascēdit. In altis habitat (inq̄t) ⁊ humilia respicit ĩ celo ⁊ in terra. Ergo cũ esset rex in accubitu suo: nardꝰ spõse dedit odorē suũ. Accubitus regis sinꝰ est patris. qꝛ semꝑ in patre filiꝰ. Nec dubites regē hũc eē regē clemētem cui pennis accubitꝰ est paterne benignitatis diuersoriũ. Merito clamor hũilium ascēdit ad eũ. cui fons pietatis ē mansio. cui familiaris suauitas. cui substantialis vel potiꝰ cõsubstantialis bonitas est cui ideo totũ qđ est de patre est. vt nil ꝓrsus in regia maiestate nisi paternũ. humilium trepidatio suspicet. Deniqꝫ ꝓpter miseriã inopũ ⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgam dicit dominꝰ. Hoꝝ igitur ꝯscia spõsa (vtpote domestica atqꝫ charissima) non se putat arcendã spõsi gratia. penuria meritoꝝ. sola de humilitate ꝑsumens. Regē deniqꝫ nomĩat. nã sponsum interim territa increpatione nõ audet. ⁊ in alto habitare fatetur. nec sic tamē diffidit humilitas.

A ¶ Primitiue ecclīe potes hũc cõgruentissime aptare sermonē: si recordaris dies illos quibꝰ assumpto domino vbi erat prius: ⁊ sedente in dextera patris illo suo antiquo nobili atqꝫ glorioso accubitu: discipuli erant cõgregati in loco vno: ꝑseuerãtes vnanimiter in orõne cum mulieribus ⁊ Maria matre Jesu ⁊ fratribꝰ eius. Nõne tibi videt reuera tunc tp̄is nardũ paruule ⁊ trepidãtis sponse dare odorē suũ? Deniqꝫ cũ factus est repēte de celo sonus tanqꝫ aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totã domũ vbi erant sedētes. an nõ merito paupercula tunc dicere potuit cum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorē suũ? Patuit ꝓ certo omnibꝰ ĩ loco manentibꝰ qꝫ gratꝰ humilitatis et qꝫ bene placidꝰ odor ascēderat: cui mox tam copiosa ⁊ gloriosa remuneratione responsum est. Ceteꝝ illa non ĩgrata bñficiĩ fuit. Audi enĩ quomõ mox repleta deuotione parat se ad om̄ia mala ꝑferenda ꝓ nomīe eius. Nã sequitur. Fasciculꝰ mirre dilectus meꝰ mihi inter vbera mea cõmorabitur. Infirmitas mea (quam nostis) nõ sinit vlterius progredi. Hoc solũ dico. q̄a tribulationum amaritudines sub myrre nomine dicit se subire: paratã amore dilecti. Reliquũ capituli alias prosequemur si tamē exoratus a vobis spiritussanctꝰ affuerit: qui nos intelligere faciat ṽba sponse que ipse inspirando formauit. sicut nouit illius cuiꝰ ipse spiritꝰ est laudibus cõuenire sponsi ecclesie Jesu christi domini nostri. q̄ est super om̄ia deꝰ bñdictꝰ in secula Amen.

## Sermo. xliij.

Fasciculus mirre dilectus meus mihi: inter vbera mea ꝯmorabit. Ante rex. modo dilectus. Ante in accubitu regio. modo inter sponse vbera. Magna humilitatis virtus cui etiã deitatis maiestas tam facile se inclinat. Cito reuerentie nomē in vocabulũ amicicie mutatũ est. ⁊ qui lõge erat: in breui factꝰ est ꝓpe. Fasciculꝰ mirre dilectus meꝰ mihi. Mirra amara ē res dura ⁊ aspera tribulationũ significat. Ea sibi dilecti causa imminere ꝓspiciēs: gratulabunda id loquit: cõfidens se om̄ia viriliter subiturã. Ibant (inq̄t) gaudētes discipuli a cõspectu ꝯcilij: quoniã digni habiti sunt ꝓ nomine Jesu cõtumeliã pati. Propterea deniqꝫ nõ fascem: sꝫ fasciculũ dic. qꝛ leue ꝑ amore ipsius ducat q̄cquid laboris immineat ⁊ doloris. Bene fasciculus. quia paruulꝰ natꝰ est nobis. Bene fasciculus. quia nõ sunt cõdigne passiões huiꝰ tempis ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Id enĩ (inquit) quod in ꝑsenti ē momētaneũ ⁊ leue tribulatõis nr̄e supra modũ in sublimitate eternũ põdus glorie operat in nobis. Erit ḡ qñqꝫ nobis ingēs cumulꝰ glīe. q̄ modo est fasciculus mirre. An nõ fasciculꝰ cuiꝰ iugũ suaue ⁊ onꝰ leue? Nõ qꝛ leue in se. nec enĩ leuis passionis asperitas: mortis amaritudo. sꝫ leuis tamē amãti. Et ideo non ait tm̄ fasciculus mirre dilectꝰ meus: sed mihi (inq̄t) que diligo fasciculus est. vñ ⁊ dilectũ nominat. monstrãs dilectionis vim omniũ amaritudinũ supare molestiã. ⁊ qꝛ fortis est vt mors dilectio. Et vt scias nõ in se illam: sꝫ ĩ dñō glīari. neqꝫ đ ꝓpria ṽtute sꝫ đ dñi adiutorio ꝑsumere fortitudinē: dic illum inter vbera sua cõmoratuꝝ: cui secura decãtet. Etiã si ãbulauero ĩ medio vmbre mortis ñ timebo mala. qm̄ tu mecũ es

B

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0139
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt